

veteri.

2. Elementum visibile est aqua: ut in circumcissione gladiolus, sive ex petrá, sive ex aliâ materiâ.
3. Ritus seu tractatio elementi est absolutio sordium: ut in circumcissione amputatio præputii.
4. Res signata elemento respondens est sanguis Christi & spiritus sanctus:
5. respondens ritui, est remissio peccatorum, & mortificatio veteris hominis, cum resurrectione novi.
6. Verbum sacramentale sumitur ex institutione; in nomine Patris, Filii & spiritus sancti.
7. significans & promissionem illorum & potestatem tanquam fundamentum;
8. & honorem ac obedientiam erga eosdem, tanquam finem ultimum.
9. Subjectum recipiens baptismum, sunt omnes, ad quos ex vocatione Dei, & illius receptione, saltem præsum-

tâ,